

## Beispiel 2:

Speculum militare c. 3 (fol. 15r-16r)

Cronica Romanorum (wie Anm. 8, S. 60 f.)

Prius tamen notandum, quod rex Astyages, qui Assuerus dictus est, filiam habuit nomine Mandanen, ut recitat Valerius Maximus libro i. capitulo de sompniis. Viditque in sompniis, quod urina filie omnes gentes Assyaticas inundavit; vidit etiam, quod de genitali filie vitis nata fuit, que adeo crevit, ut cunctas sue dominacionis partes adumbraret<sup>116</sup>. Accepit ergo a coniectoribus filium ex ea nasciturum potentem, qui dominus Asye fieret et ipsum a regno eiceret et ob hoc eam cuidam modice fortune tradidit viro. Que inpregnata natum genuit, quem rex cuidam participi suorum archanorum tradidit occidendum. Qui metuens eum occidere cuidam pastori regis dedit in nemore exponendum, qui indicavit hoc uxori, que peperit filium ipsa vice, que puerum expositum sibi ad alendum peccit consignari. Veniensque pastor ad nemus invenit canem puero prebentem ubera et a feris et avibus defendentem et vocavit eum Spartacum id est canem secundum linguam persicam.

Factus grandiusculus pastoris filius credebatur et a pueris ludentibus rex est factus, inobedientes et rebelles et contumaces graviter affligebat. Trans-eunte rege patres puerorum hoc ad

Porro Cyrus ortus fuit de filia Astyagis regis Medorum. Qui vidit, quod filia eius Mandanes, ut scribit Valerius, urina sua omnes gentes Asyaticas inundaret; vidit quoque de genitali filie vitem nasci et crescere, donec omnes dominacionis sue partes inumbraret; et dum coniectores filium ex ea potentissimum dicerent nasciturum, qui eum a regno deiceret, ipsam simplici militi plebeio dedit et pregnantem ascivit filiumque natum ex ea cuidam archanorum suorum participi tradidit occidendum, qui Arpalus est vocatus. Qui credens regnum ad filiam transiturum – Astyages enim filium non habuit filie sue – veritus est occidere filium et uni de pastoribus regis puerum dedit in nemore exponendum. Uxor autem pastoris facti conscia ipso tempore peperit filium; subplicavit marito, ut sibi puerum alendum ferret et proprium pro eo exponeret. Qui cum venisset ad nemus, invenit canem puero prebentem ubera et a feris et avibus defendentem. Mulier accepto puero vocavit eum Spartacum, id est catulum.

Factus grandiusculus a pueris ludentibus rex creatus contumaces graviter affligebat, quorum patres detulerunt hoc ad regem. Qui vocato Spartaco convenit eum super hoc. Quo respon-

116) Valerius Maximus, Dicta et facta memorabilia I 7 § 5, ed. Karl KEMPF (1854) S. 155 f.

117) Gottfried von Viterbo, Pantheon (wie Anm. 54) IX § 196 (S. 145).

118) Petrus Comestor, Historia scholastica (wie Anm. 48) Iud. c. 1 (Sp. 1475C); c. 2 (Sp. 1480B).